

In cursu tot fantasmatum turbat cor  
 dis sabbatum Mundus impugnat nos  
 telis auaricie et acridie. Mundus ei fa-  
 cit hominum auarum quod bonis temporalibus pro-  
 fitetur et malis facit etiam hominum acridiosum et pi-  
 grum ad dei seruicium. non enim sapiunt ea  
 que dei sunt. Caro impugnat nos telis glu-  
 le et luxurie. Curam enim veteris deo pro-  
 fitetur et semetipsum per turpem luxuriam polluit.  
 Dyaabolus impugnat nos telis superbie iudicie  
 et ire. Ipse enim per superbiam cecidit et  
 ut cadamus eandem nobis suggerit.  
 Inuidia etiam dyaboli mors intrauit  
 in orbem terrarum. Unde et ipsa seminat  
 in corda nostra ut morte moriamur et-  
 na. Dyaabolus ut dicitur in apocalypsi iram  
 magnam habet. scilicet quoniam tempus modi-  
 cum habet. Unde et nos inflammat ad  
 iram ut dissipet in nobis vultum dei.  
 Et nota quod isti tres hostes valde com-  
 cordes sunt in impugnatione nostra. Quilibet  
 enim istorum exauit tela alterius et  
 comodat alteri tela sua. De primo hos-  
 te videlicet de mundo dicit iohannes. i. c. v.  
 Scimus quoniam mundus totus in maligno  
 positus est. In maligno id est in ma-  
 lignitate. Significatus autem est mundus  
 per caynam qui occidit fratrem suum. De secundo  
 hoste scilicet carne dicit apostolus ad galatas. v.  
 Caro concupiscit aduersus spiritum. spiritus  
 autem aduersus carnem. Propter quod ait per-  
 trus. i. can. ij. k. m. obsecro vos absti-  
 nere a carnalibus desideriis que mi-  
 aduersus animam. De tercio hoste videlicet  
 dyabolo dicit apostolus ad ephesios. vi. Non est  
 nobis colluctatio aduersus carnem et  
 sanguinem subauditur tamen. sed aduersus  
 principes et potestates aduersus mundi rec-  
 tores tenebrarum harum contra spiritualia  
 nequitie in celestibus. i. pro celestibus

176  
 246  
 Propterea accipite armaturam dei  
 ut possitis resistere in die malo et in  
 omnibus perfecti stant. Quia igitur moris nos  
 apostolus accipere armaturam dei propterea  
 videre debemus quibus armis uti nos  
 oporteat. Et nota quod paulus ad ephesios  
 vi. hortatur nos armati sententia arma-  
 tura. Primo monet ut liberos nostros  
 castitatis baltheo precingamus ibi  
 state igitur succincti liberos vestros in veri-  
 tate. Seminatum siquidem luxurie dicitur  
 in libris esse et propter hoc amonet ut  
 vera et non tamen apparenti continentia pre-  
 cingatur. Secundo monet ut lorica iusti-  
 cie induamus ibi. et induti lorica ius-  
 ticie. Job xxxi. Justicia indutus sum  
 Hec lorica debet vndique nos munire  
 ut nec corde nec ope nec ore primo  
 noceamur. Et si eum in aliquid lesimus ita  
 plene ei satisfacia? sic nobis satisfieri  
 vellemus si lesi esse. Tercio monet  
 ut pedes affectuum nostrorum pacis calce-  
 is muniamus ibi. et calciati pedes in  
 preparatione euangelii. pacis. Necessarium enim  
 nobis est ut pedes anime nostre ne spiritibus re-  
 ledant vel ab iudice spiritus mordeant  
 ne etiam ad aliquem extrahere prebationis  
 lapidem offendant pace quam dominus tra-  
 didit in euangelio muniamur. Et ei iohannes. xx.  
 Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis.  
 Quarto moris ut scutum fidei deferamus  
 ibi. in omnibus sumemus scutum fidei in quo possi-  
 tis omnia tela nequissimi. i. dyaboli ignea  
 extinguere. in hoc scuto esse debet sculpta vel de-  
 picta crux dominica et sic fidei crucis domini  
 esse humero patie deferentes contra omnem  
 hostium iacula muniamur. Quito mo-  
 nis ut capiti spei galeam imponamus. vnde  
 sequitur et galeam salutis assumite. Galea  
 salutis est spes que extendit nos et aimat